

3-1 Der Bürgerkrieg (Eutropius 6, 19-24)

Hinc iam bellum civile successit exsecrandum et lacrimabile, quo praeter calamitates, quae in proeliis acciderunt, etiam populi Romani fortuna mutata est. Caesar enim rediens ex Gallia victor coepit poscere alterum consulatum atque ita, ut sine dubietate aliqua ei deferretur. Contradictum est a Marcello consule, a Bibulo, a
5 Pompeio, a Catone, iussusque dimissis exercitibus ad urbem redire. Propter quam iniuriam ab Arimino, ubi milites congregatos habebat, adversum patriam cum exercitu venit.

Consules cum Pompeio senatusque omnis atque universa nobilitas ex urbe fugit et in Graeciam transiit. Apud Epirum, Macedoniam, Achaiam Pompeio duce senatus
10 contra Caesarem bellum paravit. Caesar vacuum urbem ingressus dictatorem se fecit.

Inde Hispanias petiit. Ibi Pompeii exercitus validissimos et fortissimos cum tribus ducibus, L. Afranio, M. Petreio, M. Varrone, superavit. Inde in Graeciam transiit, adversum Pompeium dimicavit. Primo proelio victus est et fugatus, evasit tamen,
15 quia nocte interveniente Pompeius sequi noluit, dixitque Caesar nec Pompeium scire vincere et illo tantum die se potuisse superari. Deinde in Thessalia apud Palaeopharsalum productis utrimque ingentibus copiis dimicaverunt. Numquam adhuc Romanae copiae in unum neque maiores neque melioribus ducibus convenerant, totum terrarum orbem facile subacturae, si contra barbaros
20 ducerentur. Pugnatum tamen est ingenti contentione victusque ad postremum Pompeius et castra eius direpta sunt.

Ipse fugatus Alexandriam petiit, ut a rege Aegypti, cui tutor a senatu datus fuerat propter iuvenilem eius aetatem, acciperet auxilia. Qui fortunam magis quam amicitiam secutus occidit Pompeium, caput eius et anulum Caesari misit. Quo
25 conspecto Caesar etiam lacrimas fudisse dicitur tanti viri intuens caput et generi quondam sui.

Mox Caesar Alexandriam venit. Ipsi quoque Ptolomaeus parare voluit insidias, qua causa bellum regi inlatum est. Victus in Nilo periit inventumque est corpus eius cum lorica aurea. Caesar Alexandria potitus regnum Cleopatrae dedit, Ptolomaei sorori,
30 cum qua consuetudinem stupri habuerat.

Inde Romam regressus tertio se consulem fecit cum M. Aemilio Lepido, qui ei dictatori magister equitum ante annum fuerat.

Inde in Africam profectus est, ubi infinita nobilitas cum Iuba, Mauretaniae rege, bellum reparaverat. Contra hos commisso proelio post multas dimicationes victor
35 fuit Caesar. Post annum Caesar Romam regressus quarto se consulem fecit et statim ad Hispanias est profectus, ubi Pompeii filii, Cn. Pompeius et Sex. Pompeius, ingens bellum praeparaverant. Multa proelia fuerunt, ultimum apud Mundam civitatem, in quo adeo Caesar paene victus est. Denique reparatis suis vicit. Ex Pompeii filiis

maior occisus est, minor fugit.

Vokabelhilfen:

1	hinc [<i>Adv.</i>] succedere, -o, successi exsecreandus lacrimabilis, e:	dann; von hier folgen verfluchenswert beweinenswert, traurig
2	calamitas, tatis f	Niederlage, Katastrophe
3	alter, altera, alterum alterum consulatum	der andere; zweite, weitere <i>[Caesar war im Jahr 59 v. Chr. zum erstenmal Consul gewesen.]</i>
4	dubietas, tatis f (consulatum) deferre [+ <i>Dat.</i>] contradicere, -o, contradixi, contradictum C. Claudius Marcellus M. Calpurnius Bibulus M. Porcius Cato	Verzug, Zögern <i>[jmd.]</i> (das Consulamt) übertragen widersprechen <i>[Consul im Jahr 49 v. Chr.]</i> <i>[Mitconsul Caesars im Jahr 59 v. Chr., später einer seiner Gegner]</i> <i>[prominenter Politiker, erbitterter Gegner Caesars]</i>
5	Cn. Pompeius	<i>[erfolgreicher Feldherr und Politiker, mit Caesar und Crassus Triumvir im Jahr 60 v. Chr., heiratete Caesars Tochter; nach deren Tod Entfremdung und Feindschaft]</i>
6	Ariminum, i n congregare adversum [+ <i>Akk.</i>]	<i>[Stadt in Gallia citerior an der Adriaküste, heute Rimini]</i> versammeln, konzentrieren gegen
9	apud [+ <i>Akk.</i>]	<i>[hier:]</i> in
10	vacuus, a, um ingredi, -ior, ingressus sum	leer, verlassen betreten
13	dimicare primo proelio fugare	kämpfen <i>[bei Dyrrhachium, dem heutigen Durrës in Albanien]</i> vertreiben, in die Flucht schlagen

	evadere, -o, evasi	entkommen
14	intervenire	dazwischenkommen
15	tantum [Adv.]	nur
16	Palaeopharsalus, i f	<i>[Stadt im südlichen Thessalien/ Mittelgriechenland; sie wird auch oft einfach Pharsalus genannt]</i>
	copias producere	Truppen ins Feld führen
	ingens, ntis	riesig, ungeheuer groß
	utrimque [Adv.]	von beiden Seiten
	dimicare	kämpfen
	dimicaverunt	[Subjekte sind Caesar und Pompeius.]
17	in unum	<i>[ergänze: „locum“]</i>
18	subigere, -o, subegi, subactum	unterwerfen
19	contentio, onis f	Anstrengung
	ad postremum	schließlich
20	diripere, -io, diripui, direptum	plündern
21	petiit	[= petivit)
	a rege Aegypti	<i>[gemeint ist Ptolemaeus XIII. (61-47 v. Chr.), der Bruder Kleopatras]</i>
	tutor, oris m	Vormund
22	iuvenilis, e	jung, jugendlich
23	anulus, i m	Ring
24	fundere, -o, fudi, fustum	vergießen
	intueri, -eor	betrachten, erblicken
	gener, generis m	Schwiegersohn
26	insidias parare	einen Anschlag planen
	ipsi quoque	<i>[gemeint ist Caesar; Ptolemaeus hatte ja vorher auf Pompeius einen Anschlag verübt.]</i>
	qua causa	weshalb
27	bellum inferre [+ Dat.]	<i>[jmd.] den Krieg erklären</i>
	victus	<i>[gemeint ist Ptolemaeus]</i>
28	lorica, ae f	Brustpanzer

	potiri, -ior, potitus sum [+ Abl.]	[etw.] einnehmen, in Besitz nehmen
29	consuetudinem stupri habere	eine traditionelle Inzestehe führen <i>[Subjekt zu „habuerat“ ist Ptolemaeus]</i>
30	tertio <i>[Adv.]</i> ei dictatori	zum dritten Mal unter seiner Diktatur
31	magister equitum ante annum	Befehlshaber der Reiterei im Jahr zuvor
33	bellum reparare	sich zu einem weiteren Krieg rüsten
34	proelium committere dimicatio, onis f	die Schlacht beginnen Kampf
35	regredi, -ior, regressus sum quarto <i>[Adv.]</i> ad Hispanias	zurückkehren zum vierten Mal in die spanischen Provinzen <i>[es gab zwei spanische Provinzen: Hispania citerior und Hispania ulterior]</i>
36	Munda, ae f	<i>[Stadt in Südspanien; die Schlacht fand am 17. März 45 v. Chr. statt]</i>
37	paene victus est reparatis suis	<i>[übersetze den Indikativ als Irrealis]</i> nachdem er seine Truppen wieder geordnet hatte

[Die **fett** gedruckten Vokabeln sind Lernvokabeln.]